

ANNO 1752.

Ius conferendi omnia Beneficia Archiepiscopalis & Canonica confirmat.

Veterem consuetudinem tam tunc quam expeditionem probat.

Cura ad maximam admodum iustitiam hodie Vicario perpetuo commissa ex S. Pii V. decreto.

Forma electionis Vicarii hujusmodi, quaeque immutanda.

Habitatibus tamen eius est per Capitulum, & cavet ad Vicarium hujusmodi, quaeque immutanda.

§. 39. Denique jura, facultates, & jurisdictiones Archiepiscopales, Capituli, & Canonici dicte Basilice competentia, circa Collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum cujuscumque generis, cum cura & sine cura, nec non circa administrationem Ecclesiarum Parochialium, Monasteriorum, Prioratum, Abbatiarum, aliarumque eidem Basilice unitarum, sive subiectarum, asserere, confirmare, & respective declarare, atque ampliare decrevimus. Itaque collationem omnium & singulorum tam perpetuorum Beneficiorum simplicium, quae in praedicta Basilica existunt, & Beneficiorum, atque Clericatus Beneficiorum appellatur, sive ea a Nicolao III., aut Bonifacio VIII., vel Sixto IV. Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, sive ab aliis quibuscumque, instituta, recta, atque fundata sint, quam aliorum a Monasteriis, Abbatibus, & Prioratibus inferius commemorandis dependentium, nec non & aliorum quorumlibet, quae hactenus Archiepiscopus, & Capitulum conferre consueverunt; ac in eis instituenti, seu respectivo ad ea nominandi & praesentandi jura, quibus ad hunc diem gavisus sunt, eidem Archiepiscopo, ejusque in Archiepiscopatu Successoribus, nec non praedictae Basilicae Capitulo, & Canonici perpetuo competere volumus, atque decernimus. Veterem quoque consuetudinem, tam circa divisionem Hebdomadarum, quibus idem Archiepiscopus, ejusque Successores, & respective Capitulum & Canonici praedicti, eadem Beneficia pro tempore vacantia alternatim & per turnum conferre debebunt, quam circa formam expediendi litteras hujusmodi Collationum & Provisionum, praesentium tenore approbamus & confirmamus, ac perpetuo observari volumus & jubemus; salvo tamen nostro & Dataria Apostolica jure, quoad collationes eorum Beneficiorum, quae ex persona alicujus ea obtinentis, uni vel pluribus respective affectionibus & reservationibus Apostolicis obnoxia, quomodolibet vacare contingat.

§. 40. Animarum autem cura, quae olim in ipsa Vaticana Basilica ab uno ex illius Canonici, cum alicuiusque Presbyterorum adiutorum auxilio, exercebatur, nunc & ab antiquo jam tempore ad unum Presbyterum, perpetuum in ea Vicarium, pertinere dignoscitur, ex provida institutione, ac lege Sancti Pii Papae V. Praedecessoris nostri, qui per suam Schemulam Motus proprii, apud Sanctum Petrum Nonis Novembris Pontificatus sui anno sexto propria manu signatam, inter alias perpetuas Vicarias in pluribus ibidem enunciatis almae Urbis Basilicis & Collegiatis, aliusque ejusdem Urbis Ecclesiae erectas & constitutas, unam quoque hujusmodi Vicariam in ipsa Principis Apostolorum Basilicam erexit & instituit, ad uno Presbytero saeculari, perpetuo, ut praesertim, in ea Vicario administrandam; qui quidem Vicarius ad nominationem Capituli dicte Basilicae (quae nominatio fieret de aliquo ex approbatis a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, praevio examine coram Examinatoribus ad id in ipsa Urbe deputatis) per eundem Cardinalem Vicarium instituentis & deputandus, ac per ipsius Basilicae Archiepiscopatum, seu ejusdem Vicarium, vel unum aut plures ipsiusmet Basilicae Canonicos, ut moris est, in possessionem inducendus & immittendus, Curam animarum eidem Basilicae incumbentem gerere, Ecclesiastica Sacramenta ibi ministrare, Missas celebrare, & alia Parochialia munera exercere deberet; eidemque non solum certam reddituum portionem & summam, ab ipsius Basilicae Capitulo annuatim ipsi praestandam, sed alia quoque emolumenta, ratione exercitii Curae & administrationis Sacramentorum, ac Officiorum funeralium in Cadaverum dumtaxat humatione celebrandorum, per ipsam Vicarium propria auctoritate percipienda, & levanda, ac in suos usus, & utilitatem convertenda, pro congrua ipsius Vicarii sustentatione, perpetuo assignavit & applicavit, prout in dicta Schemula plenius continetur. Cum vero postmodum Anno Domini MDCXXXII. orta controversia inter Capitulum ex una, & Vicarium Curatum dicte Basilicae ex altera partibus, super intelligentia memoratae Schemulae Motus proprii, eaque coram Congregatione tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tri-

dentini Interpretum introducta & agitata, eadem Congregatio declaraverit, habituale quidem Curam penes Capitulum, exercitium vero ejusdem Curae penes Vicarium residere; subindeque Capitulum, & Vicarius praedicti sub die 19. Decembris ejusdem anni ad certam honestam devenirent inter se concordiam seu transactionem, per ada Quintiliani Gargarii, dum viveret, Causarum Curiae Capitoli Notarii, quam quidem concordiam pie recordationis Urbanus Papa VIII. etiam Praedecessor noster per suas litteras in forma Brevis datas die 19. Decembris sequentis anni 1622. Apostolica auctoritate perpetuo confirmavit & approbavit; Nos memoratam Congregationis Concilii declarationem, dictamque Concordiam, omniaque & singula in eis contenta & expressa, quo firmiter observantiae robor accipiant, Apostolicam itidem auctoritate nostra, harum vigore perpetuo approbamus & confirmamus.

§. 41. Item reliqua jura eidem Capitulo & Canonici competentia circa Parochiales Ecclesias praedictae Basilicae Filiales, sive alias ipsi subiectas & circa personas Animarum curam in ipsis exercentes, harum serie confirmata & perpetuo confirmata esse volumus; & praesertim, ut in Ecclesiis Sancti Lazari apud Montem Marium, & Sancti Angeli extra Portam Fabricae vulgo nuncupatam, quae dum ob nimiam limitum Parochialium ipsius Basilicae extensionem extra Urbis Moenia, tanquam illius ad iurisdictionem constituta fuerunt, proindeque ejusdem Basilicae Filiales esse dignoscuntur, Animarum cura per Vicarios Manuales, & ad nutum Capituli & Canonici praedictorum amovibiles, ab omni jurisdictione parochiali ipsius Basilicae, cui olim suberant, exemptos, per pro tempore existentem S. R. E. Cardinalem Romanum Pontificis in Urbe, ejusque Districti Vicarium in Spiritualibus Generalem prius approbandos, respective debeat exerceri Item quoad Parochialem Ecclesiam Sancti Francisci in praedicto Monte Mario, Ordinis Fratrum Eremitarum Congregationis B. Petri de Pisis, cujus Parochiae districtum olim a praedicta Parochia Sancti Lazari, pro meliori Personarum in ea parte degentium spirituali regimine, a tunc existente Cardinali Urbis Vicario dismembratam fuisse constat, sub certis legibus & conditionibus, atque potissimum cum expressa praeservationis filialitatis & perpetuae subjectionis erga Vaticanam Basilicam praestanda, utque quicumque dicte Congregationis Professor pro tempore ad Animarum curam in eadem Ecclesia deputatus fuerit, debeat quamprimum coram Canonici dicte Basilicae Capitaliter congregatis se sistere, Litteraeque suae deputationis exhibere; nunquam vere salarium aut congruam, etiam ratione sacrarum supplicilium, petere, aut praetendere possit, sed dictae Basilicae in Professionibus, & Fontis Baptismalis benedictionibus, Sacrorum Oleorum & Chrismatis consecratione, aliisque Functionibus, in quibus Ecclesiarum filiarum Rectores communiter convenire solent, obsequium atque praesentiam praestare debeat; neque liceat illi Fontem Baptismalem unquam retinere, sed Fontem dicte Basilicae dumtaxat adire; ac demum singulis annis post Festum Paschatis Dominicae Resurrectionis de Animarum Parochianorum, deque ipsius Parochiae statu eidem Capitulo rationem personaliter reddere teneatur, prout in Istrumento per acta quondam nominati Abinantis, dum vixit, causarum dicte Curiae Capitoli Notarii sub die xxix. Mensis Augusti anni MDCCXXXVIII. rogato plenius continetur; Nos, ut praemissa omnia, aliaque forsitan tunc constituta perpetuae firmitatis robor accipiant, earundem praesentium vigore, & auctoritate Apostolica decernimus & constituimus.

§. 42. Similiter, ut in Parochiali Ecclesia Sancti Blasii, della Pagnotta, vulgo nuncupati, quae olim Monasterium ejusdem Invocationis Ordinis Sancti Benedicti, existebat, sed a recolenda memoriae Eugenio Papa IV. similiter Praedecessore nostro per suas Apostolicas Litteras datas Florentiae Anno Domini MCCCCXXXIX. Kalendis Septembris, suppressum & extinctum, dicte Basilicae sub certis ibi expressis legibus perpetuo unitum & incorporatum fuit; nec non in Ecclesia etiam Parochiali S. Catherinae de Rota nuncupatae in regione

PONT. A. XII.

Decretum illud, & posterius concordia protestatur & confirmatur.

Ius deputandi Vicarios ad nutum amovibiles in S. Lazari & S. Angeli Ecclesiis assignat.

Subiectio parochialis Praedictae Basilicae Filialis in Monte Mario eidem affectu.

Almoe oves illius lazari, vel congruae.

S. Blasii de la Pagnotta, & S. Catherinae de Rota Parochialis.

Ar.

ANNO 1752.

PONT. A. XII.

Cum anno praedictis, & congruo onere percipitur.

S. Iacobi Scothacalli Vicarios ad nutum amovibiles Litteras sine deputationibus Capituli impetare poterunt.

Eum assignatione fructuum ad locum Monasterii S. D. N. et Conservatorum.

Ratio in praedictorum electione servanda decernitur.

Subiectio eorumdem Parochiarum Basilicae & Capituli de praedictis, & innotat.

Athenae de eadem Urbe, quam usque a XII. Ecclesiae saeculo eidem Vaticanae Basilicae subiectam, unitam, & incorporatam fuisse, ex Adriani IV. & Urbani III. aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Litteris Apostolicis aperte dignoscitur; ac in quibus postmodum Sanctus Pius V. Praedecessor praedictus per supra enunciatae Schemulam sui motus proprii, unam & alteram Vicarias perpetuas erexit & instituit; nominatio unius & alterius Vicariorum, ex numero tamen approbatorum, ut praesertim, a dicto Cardinali Urbis Vicario, ad Capitulum & Canonicos praedictos spectet, atque pertineat; cum onere tamen annuae praestationis, seu congruae, septuaginta videlicet pro S. Blasii, sexaginta pro S. Iacobi Romano pro S. Catharinae Parochialium Ecclesiarum hujusmodi respective Vicariis pro tempore existentibus, alias eorum singulis a Capitulo & Canonici praedictis, vigore publici Istrumenti per acta quondam Simonis Tegeroni, dum viveret, Romanae Curiae Notarii die 30. Aprilis anni Domini MDLXXI. respective assignatae, eidem Vicariis in terminis tunc statutis perfolvendae, & ab eis, praeter emolumenta stolar, ratione exercitii curae animarum eidem competentia percipiendae, juxta praedictae Schemulae, ditaeque Istrumenti formam, continentiam, & tenorem; perpetuo quoque statutum, & mandatum. In Parochiali vero Ecclesia S. Iacobi, quae a Scothacalli vulgo nuncupatur, atque a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris eidem Principi Apostolorum Basilica subiecta fuit, deputatio Rectoris ad nutum amovibilis pro exercitio Curae animarum illius Parochianorum, ab eisdem Capitulo & Canonici per ipsorum Litteras Patentes, ad nominationem tamen Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia Sancti Iacobi existentis, eisdem vero approbato quoad idoneitatem a Cardinali pro tempore Romani Pontificis in Urbe Vicario fieri debebant. Cumque Nos alias, videlicet 18. Kalendas Januarii anni MDCCXXIII. per Nostras Apostolicas Litteras sub Plumbo editas, ad consulendum indigentiae hujusmodi Vicarii pro exercitio curae animarum in dicta Ecclesia pro tempore constituti, cujus emolumenta, redditus, & proventus nimis exiguis esse acceptibilia, tunc dispositioni nostrae reservata, Ecclesiae praedictae concessimus, quorum integri fructus Primicerio dicte Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia instituta, ex numero Canoniorum dicte Basilicae Vaticanae semper eligendo, pro tempore existentem, persolveri deberent, ad effectum, ut ipse eisdem fructus hujusmodi Vicario Curato pro tempore integre persolveret, seu persolveri faceret; Nos id praesentium quoque tenore perpetuo confirmamus & observari mandamus.

§. 43. In eligendis autem praemissarum, aliarumque Ecclesiarum Rectoribus, Curatis, sive Vicariis tam perpetuis, quam ad nutum amovibilibus, quorum electio, nominatio, ac deputatio ad Capitulum & Canonicos praedictos pertinere dignoscitur, hanc in posterum formam inconcussae servari volumus, & praecipimus; ut plenum & generale Capitulum ad hujusmodi effectum intimeret per Schemulas, octo saltem diebus ante ad singulos Canonicos transmittendas, in quibus non solum res, de qua agendum erit, sed etiam nomina concurrentium, cum eorumdem qualitatibus & requisitorum, per Canonicos ad id deputatos recognitorum, indicatione exprimentur; ad hoc ut ii, qui in hujusmodi electionibus suffragium ferre debebant, praedicta interim expendere, ac, sicuti negotii gravitas postulat, mature pensare valeant, suaque suffragia dirigere, prout ad optimum Ecclesiarum regimen, & animarum utilitatem in Domino judicaverint, salubriter expedire.

§. 44. Denique volumus atque jubemus, ut a praedictis Vicariis, & Presbyteris, curam animarum in praemissis Parochialibus Ecclesiis pro tempore exercentibus, aliusque Rectoribus Ecclesiarum ejusdem Vaticanae Basilicae filiarum, eique subiectarum, quae nunc sunt, & infra scripta onera subire consueverunt, nec non earum, quae in posterum filias existent, omnia & singula debita subjectionis obsequia erga eandem Basilicam, illiusque Capitu-

lum & Canonicos, perpetuis futuris temporibus respective exhibeantur atque praestentur. Decernentes omnes & singulos hujusmodi Vicarios, Presbyteros, atque Rectores, ad interessendum in dicta Basilica Sacrorum Oleorum & Chrismatis consecrationi singulis anni Feria v. in Coena Domini, & Fontis Baptismalis benedictioni tum in Sabbato Sancto, tum in Pervigilio Pentecostes, nec non occurrentibus Processionibus atque Functionibus; quemadmodum etiam ad recipiendum ab eadem Basilica Sacrum Infirmorum Oleum, omnino teneri, atque perpetuo obligatos esse & fore. In omnibus vero praedictis, aliisque Ecclesiis tam Parochialibus, atque non Parochialibus ejusdem Vaticanae Basilicae filialibus, sive alias de ejusdem Capituli proprietate existentibus, aut a praedicta Vaticana Basilica quomodolibet dependentibus, & tam in Urbe ejusque Districtu, quam alibi, & ubicumque regionum & gentium sitis, etiam ab Ordinariis quorumlibet jurisdictione minime exemptis, nolumus a quocumque Episcopo, aliove Antifite, aut Ordinario loci, vel etiam a Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, quacumque ex causa, Divina Officia interdicti posse, inconsulto Romano Pontifice, nisi quando generale fuerit Interdictum; confirmantes quoad hoc Innocentii III., & Gregorii IX., in praedictis ipsorum Litteris, aliorumque Praedecessorum nostrorum Indultu & Privilegia, ac decernentes irritum & inane si quid fecus a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 45. Ad haec, animo perpendentes, ex praedictorum temporum monumentis constare, praedictae Vaticanae Basilicae Capitulum & Canonicos, Apostolicis procul dubio Indultis munitis, Indulgentias, ac peccatorum seu penarum remissiones & relaxationes, aliasque spirituales gratias ex Apostolica Romanorum Pontificum liberalitate eidem Basilicae, videlicet eandem visitantibus, ibique Divinam Majestatem orantibus, & venerantibus concessa, alii quoque per Orbem Ecclesiarum quoquo modo sibi unitis, aut subiectis, communicare, & ad eas extendere consuevisse; & Nos hujusmodi facultatem, quae etiam Dilecti Filii, tam Capitulum & Canonici Sancti Joannis in Laterano, quam Capitulum etiam & Canonici Sanctae Mariae Majoris Patriarchalium Urbis Ecclesiarum ex Apostolicis Privilegiis actu vigentibus gaudere dignoscuntur, praedictorum quoque Vaticanae Basilicae Capituli & Canoniorum favore innovare, ac etiam ex integro praesentium tenore concedere, & elargiri decrevimus. Itaque motu proprio & ex certa scientia eidem Capitulo & Canonici quascumque Ecclesiarum, Cappellas, Altaria, Oratoria, Confraternitates, Hospitalia, aliaque Pia Loca, tam erec-

ta, quam erigenda, & tam in Locis ipsius Basilicae, ac eorumdem Capituli & Canoniorum, quam etiam in aliis Civitatibus & Locis quorumcumque Ordinariis jurisdictioni subiectis existentia, ipsi Vaticanae Basilicae aggregandi, & ad spirituum duntaxat ejusdem Basilicae Privilegiorum, focietatem & communicationem admittendi & recipiendi, ita ut in vim hujusmodi aggregationis & receptionis, infra scriptarum Indulgentiarum & relaxationum Thesauri ad ipsas Ecclesias, Cappellas, Altaria, aliaque praemissa, ex nostra & Apostolicae Sedis auctoritate, ampliat & extenti censentur, amplam & liberam facultatem, sub infra scriptis tamen conditionibus, & non alias, & praesentium serie concedimus & impertimur. Volumus etiam, ut in singulis Civitatibus, Oppidis, & Locis, unam dumtaxat ex hujusmodi Ecclesiis, seu Cappellis, Altaribus, Oratoriis, Confraternitatibus, Hospitalibus, aliisque Locis Pii quomodocumque nuncupatis, hujusmodi aggregationis & communicationis munere ditare possint; dummodo Ecclesia, aut Oratorium sic aggregandum, seu illa Ecclesia, in qua Cappella, vel Altare praedictum extiterit, etiam si alias eorumdem Capituli & Canoniorum jurisdictioni subesse dignoscatur, Ecclesia Conventualis Regularium, aut Monialium non hujusmodi sit; nec Ecclesia, Cappella, Altare, Oratorium, Pius Locus, aut Confraternitas hujusmodi ulli alteri Ecclesiae, aut ulli Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi,

rochialis, aliaque omnes Ecclesiae filiales interdicti, quocumque Romano Pontifice.

Confusio regularium, communitatis Indulgentias Ecclesiarum, Filialium, & Indulgentiarum.

Ius videlicet aggregandi Ecclesiarum, Cappellas, & Locos, & Indulgentiarum, & Privilegiorum.

Singula tamen non sint Regulares, pauperes, & aggregatio non hujusmodi.

Dummodo non sint Regulares, pauperes, & aggregatio non hujusmodi.

a qua



1742

1. qua Indulgentiarum communicationem, seu participationem pro omnibus Christianis Ecclesiam ipsam, seu Oratorium visitantibus obtineat, aggregata sit, aut subiecta; & dummodo Ordinarii Loci expressus ad id consensus accedat, eiusdemque Ordinarii testimonialibus Litteris huiusmodi Ecclesiae, Cappellae, Altaris, seu Oratorii celebritas, vel Confraternitatis, aut Loci Pii institutum, & Christianae pietatis & charitatis officia, quae exercere consuevit, apud eosdem Capitulum & Canonicos commendentur. Neque vero per huiusmodi aggregationes & receptiones, ullum omnino praedictum, seu imminutio eorumdem Ordinarium iurisdictioni irrogari, vel aliqua eisdem Ecclesiis, aut Locis Pii, aliisque praemissis exemptio, seu dictis Capitulo & Canonicis in eisdem Ecclesiis, vel Loca Pia, aliaque praemissa, seu in personas illarum illorumque regimini, administrationi, aut servitibus deputatas ullum omnino iurisdictionis, & auctoritatis genus acquiri, seu respective augeri censetur. Facultatem tamen indulgentiarum, prout alias in certis casibus ab Apostolica Sede benigne indulgeri consuevit, ut in una, eademque Civitate, aut Oppido, duabus Ecclesiis, seu Cappellis, vel Altariibus, Oratoriis, Confraternitatibus, aut Locis Pii, ubi speciales id circumstantiae fuerint, huiusmodi Indulgentiarum communicatio a dictis Capitulo & Canonicis concedi possit, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Indulgentiarum & Sacris Reliquiis praepositorum praesentes perpetuo tribuimus & impertimur.

Nullum praedictum iurisdictionis inferri debeat.

S. Congr. Indulg. facultates tribuunt & dispensandi super numero flagrationum.

Dies enumerat quosdam Indulg. plenarie aggregatis largitur.

Item quibus septem annos, ac totidem quadragenas.

Ab Ascensione ad Kal. Aug. quatuordecim quatuor annos, & totidem dies.

Ceteris annis diebus centum dicitur.

Similiter concedit Indulg. Sacrae Basilicae.

dicto poenitentiae affectu, & confessionis proposito visitaverint, ibique, ut praesertim, oraverint, Indulgentias Stationales, quas visitantes dictam Vaticanam Basilicam iisdem diebus consequantur; qui vero duodecim vicibus in quolibet anno, totidem nempe diebus ab Ordinario loci semel tantum designandis, septem Altaria in quolibet ex dictis aggregatis Ecclesiis ab Ordinario similiter designanda, ut praesertim, dispositi, ac Deum orantes, visitaverint, easdem quoque Indulgentias, quae visitantibus septem designata Altaria in eadem Basilica existentia concessae sunt, ipsi quoque, perinde ac si Basilicam ipsam, seu respective Altaria huiusmodi in ea sita personaliter visitarent, consequi possint & valeant, similiter concedimus & indulgemus.

Nec non festum Altarium XII. vicibus in anno.

Præscribitur Capitulo rationem praedictam Indulgentiarum communicandi.

§. 48. Volumus autem, ut huiusmodi Indulgentiarum & gratiarum spiritualium dictis aggregatis seu aggregandis Ecclesiis, Cappellis, Altariibus, Oratoriis, Hospitalibus, Confraternitatibus, & Locis Pii, ab iisdem Capitulo & Canonicis nominatim, & cum expressa mentione facultatis sibi per praesentes a Nobis impertitae, aliique servatis, quae in Apostolica Constitutione felicis recordationis Praedecessoris nostri Clem. Papae VIII. die VII. Sept. anni Domini MDCLIV. edita, quae incipit: *Quaecumque a Sede Apostolica*, praesertim circa gratuitam Litterarum expeditionem, iisque etiam quae in Decretis a dicta Congregatione Indulgentiarum, & Sacris Reliquiis praeposita die VI. Martii anni MDCLVIII. & die X. Aprilis anni MDCCXX. editis statuta sunt, & non aliter, communicari possint & valeant. Ab illarum vero, eorumque Rectoribus, Administratores, Officialibus, & Ministris, in earundem Indulgentiarum publicatione, necnon Elemosinarum receptione, & erogatione, aliaque similibus leges in Triad. Conc. Decretis, & in supradictis Clem. VIII. Litteris, aliisque Romanorum Pontificum, & Apostolicae Sedis Constitutis, atque Decretis praescriptis, sub penis ibidem aduersus transgressores respectiue statutis, inuolubiler serventur, & impleantur.

Ratas habet & confirmat omnes Indulgentias Basilicae.

§. 49. Reliquas veto Indulgentias, & gratias spirituales, tam pro vivis, quam pro defunctis, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, aliisque ad id facultatem habentibus, ipsi Vaticanam Basilicam, eiusque Altariibus, & Cappellis, variis temporibus concessae fuerunt, & ibidem ad hunc diem proponi consueverunt; & signanter quotidianam septem designatarum Altarium ejusdem Basilicae, necnon alteram etiam quotidianam septem annis, & totidem quadragenarum; a saepedicto Urb. VIII. Praedecessore per suas litteras in forma Brevis die 15. Nov. anni MDCCXXX. aliamque pariter quotidianam Plenariam a recol. mem. Decessore nostro Clem. Papa XII. per similes suas litteras die 22. Febr. an. 1738. eandem Basilicam devote visitantibus, ibique Divinam Majestatem venerantibus, & orantibus, sua certis modo & forma, concessas & elargitas, Nos earundem praesentium tenore perpetuo approbamus, & confirmamus, ac etiam de novo sub eadem forma concedimus, & elargimur.

Jura Capituli in Monasterio, seu Abbatia unice Sancti Martini de Fara.

§. 50. Quod vero spectat ad praememorata Monasteria, Abbatis, sive Prioratus nuncupata, quae dudum a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris eidem Basilicae unita, incorporata, atque subiecta fuerunt; postquam, ut accepimus, pie mem. Nicolaus Papa V. anno Domini MCDLIII. Monasterium, Abbatiam nuncupatum, S. Martini de Valle, seu de Fara, Ordinis S. Benedicti, nullius Diocesis, Provinciae Theatinae olim commendari solitam, praedictae Basilicae, seu illius Mensae Capitulari, eum dependentis, annexis & conexis suis universis, omnibusque Ecclesiis eidem Monasterio subiectis, perpetuo univert, annexerit, & incorporaverit, ipsique Capitulo & Canonicis Ordinariam & quasi Episcopalem iurisdictionem tam in Clerum, quam in populum illius Territorii exercere consueverant, cum olim existens Archiepiscopus Theatinus tam Monasterium praedictum aliisque Ecclesiis ab illo dependentes, quam etiam aliud Monasterium, Abbatiam quoque nuncupatum, S. Salvatoris de Majella ejusdem Provinciae Theatinae a recol. pariter mem. Julio Papa III. etiam nostro Praedecessore anno Domini MDXLIV. praedictae Basilicae, seu illius Mensae Capitulari, similiter incorporatum & appropriatum, atqueque ipsius membrum Monasterium

PONT. A. XII.

S. Barbati de Pollatro.

Per Concordiam inter eum Arch. Theatino stabilita.

Ut nempe Abbatia S. Martini nullius diocesis in plena Cap. iurisdictione existat.

Et Abbatia S. Salvatoris de Majella ad Archiep. iurisdictionem spectat.

Collatione quoque Paenitentiae, Ecclesiarum, Archiep. & simplicium omnium Beneficiorum, si vera, reservata Capitulum.

Consecr. Collectarum libera exactione ad Archiep. Canonum vero & Capitulum pertinet.

rium videlicet, Abbatiam pariter nuncupatum, S. Barbati de Pollatro, ejusdem Provinciae Theatinae, quod pie mem. Gregorius Papa XIII. anno Dom. MDLXXXII. eidem Basilicae Sacratio univert & incorporaverit, visitare contenderet, orta lite & causa inter praedictum Archiepiscopum ex una, & tunc existentes Capitulum & Canonicos ipsius Basilicae ex altera partibus, eaque in Casuarum Palatii Apostolici Auditorio introducta, diuque agitata, sed adhuc indecisa pendente, Archiepiscopus, & Capitulum praedicti ad certam honestam inter se devenerunt concordiam, a praedicto Urbano Praedecessore anno MDCXXXVII. per suas Apostolicas litteras, in forma specifica, approbatam, per quam, inter alia, conventum, & declaratum fuit, dictum Monasterium S. Martini de Valle, seu de Fara nuncupatum, ac Terram, totumque, & integrum ejus Territorium, a Diocesi Theatinae penitus & omnino divisa, distincta, & separata, ac a quibuscumque visitationibus, correctionibus, superioritate, ac omnimoda iurisdictione pro tempore existentis Archiepiscopi Theatini, profors libera, exempta, & immunita esse & censei debere, ipsamque Monasterium S. Martini cum ejus Territorio huiusmodi, nullius Diocesis, praedictae Provinciae Theatinae, Sedisque Apostolicae immediate subiectum existere, ac perpetuo fore eisdem Capitulo & Canonicis in Monasterium praedictum, ejusque Territorium, Ecclesias, atque personas ipsi subiectas, plenam & totalem competere iurisdictionem temporalem, & spirituales, Episcopalem, seu quasi, cum omnibus, & singulis praerogativis, privilegiis, & indulgitiis, quae de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet, etiam cuicumque Monasterio, vel Ecclesiae, quae nullius sit Diocesis, competunt, aut competere possunt, vel quae Romanis pro tempore Pontificibus & Sedi Apostolicae praedictae, eidem Basilicae & Capitulo concedere placuissent, & adiectis nonnullis conditionibus ibidem latius expressis. At viceversa Capitulum & Canonicis praedicti omnem & quancumque iurisdictionem ipsi in aliud praefatum Monasterium Sancti Salvatoris de Majella, & quinque Parochiales Ecclesias in dicta Concordia nominatim nuncupatas, & a Monasterio praedicto S. Salvatoris dependentes, illarumque Rectores, & Curatos, ac Vassallos, & homines Parochianos, quomodolibet competentem, seu per eos praesentiam, eidem tunc existentis Archiepiscopo Theatino, ejusque Successoribus Archiepiscopis perpetuo conferentur, & renunciantur; & reservata tamen sibi, suisque Successoribus, proprietate & directo dominio dictarum Parochialium Ecclesiarum, nec non ipsarum collatione; ita ut quoties & quocumque modo aliquam ex ipsis vacare contingeret, illius collatio & provisio ad Capitulum Basilicae praedictae approbato vero personarum eidem Parochialibus Ecclesiis praedictarum, quoad idoneitatem; ad Archiepiscopum Theatinum pro tempore existentem, absque tamen concursu, respective spectaret; verum durante vacatione alicujus ex praedictis Ecclesiis Parochialibus, Oeconomi deputato ab Archiepiscopo, & ad ipsius arbitrium & electionem faciendam esset; declaratio autem provisionis, seu mercedis Oeconomi huiusmodi praestandae, a Capitulo praedicto duntaxat fieri deberet; ac reservata pariter eidem Capitulo & Canonicis libera collatione & provisione quoruncumque simplicium Beneficiorum, ratione utriusque praefati Monasterii, ad ipsius Capituli collationem alias pertinentium, quae pro tempore vacare contingeret. Praeterea sicuti conventum fuit, ut liceret Archiepiscopo Theatino, ejusque Successoribus Archiepiscopis, exigere a praedictis Ecclesiis, quarum iurisdictione ipsi cessa & renunciata fuerat, & ab earum Rectoribus, seu Vicariis, ea omnia, quae ratione Seminariorum, vel alio quocumque titulo exigere consueverant; ita Capitulo & Canonicis praefatis expressè praeservatum fuit jus percipiendi & exigendi ab iisdem Ecclesiis, ex fe, & absque ullo Archiepiscopi praedicti ministerio, sed manu regia, prout antea consueverant, omnes Canones, aliaque solitas & debitas praestationes: necnon easdem Ecclesias, quoties opus fuisset, visitandi, seu visitari faciendi per suos Commissarios. Ac demum omnia bona & res quoscumque generis: etiam canones, seu livelli, & repositiones annuae, ad dictum Capitulum, ratio-

ne ejusdem Monasterii S. Salvatoris de Majella, ubique locorum in ipsa Diocesi & Provincia Theatina, quomodolibet spectantia & pertinentia, illorumque possessio, dominium, & totalis administratio, cura, & gubernium, eidem Capitulo & Canonicis reservata fuerunt; atque omnium & quoruncumque fructuum perceptio, libera, immunita, & perpetuo exempta ab ipso Archiepiscopo, & a quibuscumque taxis, contributionibus, & impositionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, per Archiepiscopum aut Capitulum Theatinum, quocumque titulo, etiam Cathedralici, & Procuratoris, vel alia quantumvis magis pia & favorabili causa, etiam privilegiata & privilegatissima, quomodolibet & quancumque imponendis, iisdem modo & forma, quibus praefatum Monasterium Sancti Martini, & illiusque Territorium & bona, a praemissis omnibus exempta erant, & immunita; & alias prout in dicta Concordia, & Instrumento, seu scripturis publicis super illa conclusa, vel concessis, memorialique Urbani Praedecessoris praedicti Litteris, plenius continetur. Quocirca Nos inviolabili auctoritate in perpetuum confirmamus.

ANN. 1752.

Huiusmodi Concordiae Apostol. auctoritate in perpetuum confirmatur.

Item consecr. Diocesis, concessio Ordinationis, in Abb. S. Martini.

§. 51. Insuper cum Capitulo, & Canonicis praedicti, in antiqua & pacifica possessione, seu quasi facultatis concedendi Dimissoriales litteras personis eorum iurisdictioni, ratione dicti Monasterii S. Martini de Fara, subditis, ut esse referantur, quantumvis praeter antiquam huiusmodi possessionem, facultas praedicta nulli Apostolico privilegio expresse suffulta appareat; aequum proinde arbitrans, ut ipsi quibuscumque molestiis in posterum super hoc forsitam quancumque, aut a quibuslibet inferendis penitus eximantur, dictaeque facultatis firmitati plenius & uberius consultum sit, eidem Capitulo & Canonicis, ut ipsi subditis dicti Monasterii S. Martini de Fara nullius Diocesis dictae Provinciae Theatinae litteras Dimissoriales ad Clericalem Characterem & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines suscipiendos, prout haec consueverunt, etiam in posterum concedere licere & licite possint & valeant, dicta Apostol. auctoritate, tenore earundem praesentium, perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 52. Alias itidem tel. rec. Pius Papa IV. similiter Praedecessor noster, intuitu, & in remunerationem subsidiorum, pro Sede Apostolica necessitatis, tunc existentibus Capitulo & Canonicis dictae Basilicae collatorum, per suas Apostolicas litteras datas apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicae MDLXIV. duodecimo Kal. Julii, alia quadam Monasteria, Abbatis nuncupata, nempe S. Rufilli Oppidi Foripompili, Ordinis S. Benedicti, tunc Britonum diocesis, S. Martini in Montibus, Congregationis Cisterciensis, ejusdem Ordinis, diocesis Viterbiensis, ac S. Petri Licofati de Camera, ac S. Nazarii de Cuccano, ejusdem S. Benedicti seu alterius Ordinis, tunc eisdem Policastren. & Caputaquen. respective diocesium, nec non Prioratum S. Salvatoris in Ecclesia Monasterii S. Balbinae de Urbe, S. Augustini, seu alterius Ordinis, omnemque in ipsis statum, essentiam, ac dependentias, caeteraque vestigia & insignia Monastica & Regularia, Apostolica auctoritate perpetuo suppressit & extinxit, eorumque Ecclesias & loca ad statum saeculare redegit, nec non omnia, & singula sic suppressorum & extinctorum Monasteriorum, & Priogatus, eorumque annexorum, ac membrorum proprietates, possessiones, domos, aedificia, gratias, fructus, redditus, proventus, jura, iurisdictiones spirituales & temporales, vassallos & alios subditos, aliaque res & bona quaecumque, Mensae Capitulari Basilicae praedictae perpetuo applicavit, & appropriavit; ita ut liceret ipsius Basilicae Capitulo & Canonicis, eorum omnium, & singulorum corporalem possessionem, seu propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac huiusmodi tractus, red-



Annus 1752.

Cum iurisd. & Vicarij. ac Curat. de- pntatione.

Ac Beneficior. collatione & provisione.

Exemplo ab Annis, & quibus- damque aliis oneribus etiam futuris.

Nec non ab Ordinarij. ac Superior. quorumlibet iurisdictione.

Exemplo Monasterij S. Petri Licofati, & subiectionem Eccl. ab Episc. Policastren. iurisdictione, tam delegata, in eorum iudicio firmata.

Item exem- ptio Mona- sterij S. Rufilli, ejus- que Terri- torij a iurisd. Episc. Brindino.

redditus, & proventus in suis & dicta Mensis Capitularis usus & utilitatem convertere; nec non eorumdem suppressorum Monasteriorum & Prioratus Ecclesias, in spiritualibus & temporalibus regere & administrare; illisque, si, id requirent, per Cappellanum unum, seu plures, in divinis deservire, & quibus annuarum cura immineret, illam per Vicarium, seu Vicarios idoneos, ad eorumdem Canoniorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exercere; aliaque onera illis forsitan injuncta supportare; item omnia & Beneficia Ecclesiastica Secularia & Regularia, ad collationem, praesentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quaecumque aliam dispositionem Abbatum, & Prioris dictorum Monasteriorum, & Prioratus, communiter vel divisim quomodolibet pertinentia; quancumque & quotiescumque illa deinceps vacare contigerint, etiam ad instar perpetuorum simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum, Beneficiorum & Clericatum nuncupatorum, in dicta Basilica existentium, personis idoneis secularibus libere conferre, ipsaque personas ad illa praefata, eligere, in eis insituere, electos confirmare, ac alias de illis plenarie disponere.

§. 53. Praeterea Capitulum & Canonicos praedictos, quibus ejusmodi gratia ex causa onerosa concedebatur, a solutione annatae, & communium, ac quindeniorum, aliorumque jurium, Collegij S. R. E. Cardinalium, & Officialium de annis participantium, & Camerae Apostolicae, ratione dictorum Monasteriorum & Prioratus, vel fructuum, reddituum, & proventuum, sic ipsi, ut praefertur, applicatorum, quomodocumque debitorum, ac etiam a contributione subsidij charitativi, & triennalis, refectionis pontium, viarum, fluminum, & aquaeductuum, fortaliorum, & aliarum impositionum, & a sup- portatione quorumcumque Seminariorum, Clericorum, & decimarum, subsidiarum etiam charitativorum, & onerum tam ordinariorum, quam extraordinario- rum, etiam per Sedem Apostolicam, pro defensione ejusdem Sedis, & quavis alia de causa, quantumvis urgentissima & necessaria, impositorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, exemti & liberavit, ac perpetuo exemptos, liberos, & omnino immunos esse & fore, voluit & decrevit; etiam in impositionibus hujusmodi caveret expresse, quod similes exemptiones nemini suffragarentur.

§. 54. Ipsaque hujusmodi suppressorum Monasteriorum & Prioratus Ecclesias, loca, res, & bona quaecumque a pro tempore existentium Brindinorum, Viterbien., Policastren., & Caputaquen. Episcoporum, & dictorum Ordinum Abbatum, ac aliorum Superiorum visitatione, correctione, iurisdictione, & quavis alia superioritate tam in spiritualibus, quam in temporalibus, pari auctoritate etiam perpetuo liberavit, absolvit, & exemti, aliaque disposuit, statuit & decrevit, prout latius & uberius in praedictis litteris continentur.

§. 55. Cum autem post applicationem & appropriationem praedictas, Capitulum & Canonicos Vaticanae Basilicae praefatae, tanquam separatim territorium habentes, in locis sibi per easdem applicationem & appropriationem subiectis, Ordinarium & quasi Episcopalem iurisdictionem omnimode & privative quoad Episcopos exercerent; cumque de anno Domini MDCCV. tunc existens Episcopus Policastren., ius visitandi praedictam Ecclesiam S. Petri Licofati, aliaque Parochiales Ecclesias ab ea dependentes, sibi in vim Decretorum Concilii Tridentini, ac tanquam Sedis Apostolicae Delegato, competere praetendisset; exhibitis pro parte Capituli & Canoniorum praedictorum memoratis litteris Pii Papae IV. super hujusmodi unione, & incorporatione, Congregationi tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium ipsius Concilii Interpretum, & rationum utriusque deductarum momentis per eosdem Cardinales mature perpenis, prodit resolutio: Non licere Episcopo Policastrensi dictas Parochiales Ecclesias, tanquam

post Concilium Tridentinum unias, visitare.

§. 56. Postmodum vero, nempe an. MDCLXXI., cum tunc etiam existens Episcopus Brindinorum. eorundem Congregatione Cardinalium conquestus fuisset, se ipsorum suae Ordinarie iurisdictionis in oppido Foripompilii, & in terra Meldulae, eorumque

Territoriis a praedicto suppresso Monasterio S. Rufilli dependentibus, passim fuisse, ipsaque Congregatio Cardinalium eidem Episcopo Brindinorem mandavit, ut iura sua, citatis Capitulo & Canonicis praedictis, deduceret; plura Dubia in dicta Congregatione Cardinalium sub die XII. Martij anni MDCLXXII. proposita ac disputata fuere, ac inter alia: An praedicti Capitulum & Canonicos litteras Dimissoriales Personis iurisdictionis ejusdem Monasterii concedere possent; verum nulla decisiva resolutione tunc capta, ejusmodi causa & controversia plures annos siluit, donec eadem anno MDCCXIX. instaurata, nobismet ipsis tunc ejusdem Congregationis Secretarii munus obtinentibus, propositio Dubio: An, etiam constaret de Territorio separato, Capitulum & Canonicos praedicti Dimissorias concedere possent, eadem Cardinalium Congregatio die XXI. Januarii praedicti anni Negativè respondit. Subinde vero ad idem dubium repositum sub die XXIII. Augusti Anni MDCCXX., rescriptum, quod idem Capitulum & Canonicos Romano Pontifici supplicarent, pro obtinendo Indulto Literarum Dimissoriales praedictas concedendi. Quare ipsi recollem. Innocentio Papae XIII. etiam Praedecessori nostro preces porrexerunt, ad hoc ut eis facultatem indulgeret ejusmodi litteras Dimissoriales dandi sui subditis tam ratione Monasterij S. Rufilli, quam aliorum S. Petri Licofati, & S. Nazarii; quas tamen preces Innocentius praedictus eidem Congregationi Cardinalium remisit pro voto, mandavitque Instantiam proponi, citatis Episcopis interesse habentibus. His itaque ad iudicium evocatis, propositoque die XXIII. Maii anni MDCCXXII. altero dubio: Num foret consulendum Sanctissimo pro concessione ejusdem Indulti? Dilata fuit resolutio, & rescriptum, ut expectaretur exitus Causae super Territorio separato, pendens in Causam Palatii Apostolici Auditorio, de cuius voto eadem Congregatio hujusmodi controversiam aliam cognoscendam esse censuerat. Hinc igitur Capitulum & Canonicos eandem causam prosecuti fuerunt in dicto Auditorio: a quo demum dux, prima nempe sub die XXVIII. Apr. an. MDCCXXV., altera vero sub die III. Maii subsequentes anni coram bon. mem. Carolo Cerro tunc uno ex ejusdem Auditorio Auditoribus, favore Capituli & Canoniorum praedictorum emanarunt Decisiones, per quas, utraque parte informante, & iuris & allegationibus hinc inde deductis accurate discussis, resolutum fuit, constare de Territorio separato in dicto Monasterio S. Rufilli, ac demum Rotali Sententia desuper exedita, praedictis Episcopis Brindinorem. Decisiones & Resolutiones Rotalis hujusmodi acceptivis, & liti super articulo dicti Territorij separati cessit; ipsique Capitulum & Canonicos, votum, quod exquirebatur, ab ipso Auditorio expediti obtinuerunt.

§. 57. Quibus omnibus ex parte eorumdem Capituli & Canoniorum, fel. record. Benedicto Papae XIII. Praedecessori quoque nostro sufficienter expositis, sibi junctoque inter alia, quod, juxta mentem praefatae Cardinalium Congregationis satis apertam & declaratam, ubi semel de praedicto Territorio separato constitisset, optati Indulti concessio; tanquam rationi & equitati consentanea, jam controversi non poterat; idem Benedictus Praedecessor supplicationibus ex eorum parte super hoc sibi porrectis inclinatus, per suas litteras in forma Brevis datas Benevici die XXVI. Aprilis anni MDCCXXVII. Capitulum & Canonicos praedictos, ut ipsi subditis Monasteriorum praedictorum S. Rufilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., & S. Petri Licofati, ac S. Nazarii Salernitae respective Provinciarum, tunc & pro tempore existentibus, litteras Dimissoriales ad Clericalem characterem, & ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines suscipiendos, concedere libere & licite possent, & valeret, Apostolica auctoritate, facultatem perpetuo tribuit, & imperpetuum fuit; quaecumque liti pendente, caeterisque contrariis non obstantibus; prout in ipsius litteris praedictis etiam plenius continetur; quas quidem litteras Nos ipsi in omnibus & per omnia confirmamus & innovamus, & quatenus opus sit, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, per easdem praesentes decernimus, statuis, & declaramus, praedicti

Capitulum & Canonicos praedictos, ut ipsi subditis Monasteriorum praedictorum S. Rufilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., & S. Petri Licofati, ac S. Nazarii Salernitae respective Provinciarum, tunc & pro tempore existentibus, litteras Dimissoriales ad Clericalem characterem, & ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus, Ordines suscipiendos, concedere libere & licite possent, & valeret, Apostolica auctoritate, facultatem perpetuo tribuit, & imperpetuum fuit; quaecumque liti pendente, caeterisque contrariis non obstantibus; prout in ipsius litteris praedictis etiam plenius continetur; quas quidem litteras Nos ipsi in omnibus & per omnia confirmamus & innovamus, & quatenus opus sit, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, per easdem praesentes decernimus, statuis, & declaramus, praedicti

PONT. A. XII.

Episcopus Brindinor. liti renunciat.

Consequenter Benedicto XIII. Indultum pro concessione litterarum Dimissoriale Capitulo impertitur.

Ad idem ducto in maius obferribatur quousq. alia Monasteria Pontif. privilegium & concordat. antequam confirmat. & extendit ad alia Monasteria, in quibus Reg. Curiae describenda.

PONT. A. XII.

In loca mo- rali. Episcopi- cis ad Abbat- rias S. Rufilli, S. Petri Licofati, & S. Nazarii Ordinaria iurisdictione Capitulo plenius assensur.

Speciale indultum conceditur pro legitime Monasterij, etiam quoad Claustrum.

Urb. VIII. Privilegium pro ditione litterarum & Commissionum Apostolicarum quo ad Mon. S. Martini de Fara.

Eadem ducto in maius obferribatur quousq. alia Monasteria Pontif. privilegium & concordat. antequam confirmat. & extendit ad alia Monasteria, in quibus Reg. Curiae describenda.

Pontif. privilegium & concordat. antequam confirmat. & extendit ad alia Monasteria, in quibus Reg. Curiae describenda.

Capitulo & Canonicis in Terris, seu Locisratione praedictorum suppressorum Monasteriorum S. Rufilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., ac S. Petri Licofati, seu de Costo nuncupati, & S. Nazarii Salernitan. respective Provinciarum, sibi subiectis, Ordinarium, & quasi Episcopalem iurisdictionem, & hujusmodi iurisdictionis exercitium, cum vero, proprio, distincto, separato, & particulari Territorio, nullis Diocesis, libere competere; eidemque licere litteras Dimissoriales ad Clericalem characterem, omnesque, etiam Sacros & Presbyteratus Ordines suscipiendos, personis iurisdictionis praedictae respective subditis concedere & impertiri.

§. 58. Urque etiam Monasterium Monialium Ordinis S. Francisci Cappuccinarum nuncupatarum, quod in Oppido Meldulae dicti Territorij praetati Monasterij Sancti Rufilli Foripompilii anno MDCCXVII. vigore Decreti & Commissionis die XVIII. Augusti praecedentis anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita expedita, & tunc existentibus Basilicis praedictae Archiepiscopato directae, atque a Vicario dictorum Capituli & Canoniorum in eodem Territorio in Spiritualibus Generali executioni rite demandatae, canonice erectum fuit, iure ordinario, & privative quoad omnes etiam viciniores Ordinaris, visitare, ac super ipsius Monasterij, & illius Monialium regimine, disciplina, statu economico, aliique quibuslibet, etiam quoad claustrum, ea omnia & singula, quae in Domino iudicaverit salubriter expedire, seu per se, seu per Vicarium praedictum, juxta tamen Canonicas Sanctiones, statuire & ordinare possint & valeant, ex specialis gratia etiam perpetuo concedimus & indulgemus.

§. 59. Cumque praedictus Praedecessor noster Urbanus Papa VIII., per suas in forma Brevis litteras Apostolicas die XX. Aprilis anni MDCLXII. datas, inhærendo Decretis die XII. ejusdem mensis & anni a Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum emanatis, statuerit & mandaverit, quascumque tam iustitiam, quam gratiam concernentes, etiam quoad dispensationes matrimoniales, etiam in forma Brevis, ac in forma Significavit, & collationum Beneficiorum in forma Dignum, & gratiosa, nec non commissionum si in evidentiis, respective nuncupatarum, & absolutonarum, aliarumque similium gratiarum Litteras Apostolicas, quoad Personas primordij Monasterij S. Martini de Valle, seu de Fara, ac Terrae, totiusque & integri Territorij praedictorum, eorumdem Capituli & Canoniorum Vicario in Spiritualibus Generali in dicto Monasterio tunc & pro tempore constituto, & non alteri, tam a Datario, Brevis Secretorum Secretario, & Cancellaria Apostolicae Regente, quam ab omnibus & singulis aliis Datariae, Secretariae Brevis praedictorum, Cancellariae, Penitentariae, & Camerae Apostolicarum, Curiaeque Romanae Officialibus, tunc & pro tempore pariter existentibus, caeterisque, ad quos quomodolibet & quomodocumque spectaret, dirigi debere; decernens ex tunc irritum & inane, si quid secus a quoquam scienter, vel ignoranter attentari contingeret: Cumque etiam, sicut accepimus, non solum a praedicta super negotijs & consultationibus Episcoporum & Regularium, sed ab aliis quoque Congregationibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium in Urbe institutis, ac etiam a dicta Secretaria Brevis Secretorum Secretario, & aliis Romanae Curiae Officiis & Tribunalibus, plerique commissiones & litterae etiam Apostolicae, quoad res & personas alterius praedicti Monasterij S. Rufilli, ejusque Territorij & locorum et subsectorum, vel ipsi Capitulum & Canonicos, vel eorum Vicario ibidem in Spiritualibus Generali, dirigi solent, & lampridem consueverint; Nos, ipsarum quoque praesentium tenore, praedictas Urbani Praedecessoris litteras approbantes & confirmantes, tam dictum Monasterium S. Martini de Valle, seu de Fara Provinciae Theatinae, quam alia S. Rufilli Oppidi Foripompilii Ravennaten., ac S. Petri Licofati, & Sancti Nazarii Salernitanae respective Provinciarum Monasteria, inter alia nullius Diocesis cum Territorio separato, & iurisdictionis quasi Episcopalis exercitio, Monasteria, quorum Praefulus, seu Vicariis in Spiritualibus Ge-

Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. III.

neralibus quaecumque litterae Apostolicae, etiam fidei Plumbo expeditae dirigi solent, adscribimus & adnumeramus, ac in infra scriptis Officiis, Tribunalibus, & Secretariis adscribi & annumerari volumus & decernimus: Mandantes propterea non solum dictis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac pro tempore existentibus Majori Penitentiaro, & Brevis Secretario, eorumque Ministeris, verum etiam Dilectis quoque Filisque Cancellariae Apostolicae Regenti, & Camerae etiam Apostolicae Pro Summatori, ac Majoris Praesidentis Abbreviatoribus, ac eorum Officialibus, Substitutis & Ministeris, nec non omnibus & singulis Romanae Curiae Tribunalibus, eorumque Judicibus, & Notariis, ut quaecumque litteras Apostolicas tam sub Plumbo, quam in forma Brevis, five per Cancellariam, si ve per Cameram, aut per Officium minoris gratiae nuncupatum, vel Contradictarum, super collationibus Beneficiorum, & Dispensationibus Matrimonialibus, ac aliis quibuscumque gratis, concessionibus, & Indultis, ac dispensationibus expediendas, aliaque omnes commissiones tam gratiam, quam Justitiam concernentes, & ad partes mittendas, pro personis & locis tam primordij, quam tribus aliis praedictis Monasterijs, eorumque iurisdictioni subiectis, & sub Ordinaria, & quasi Episcopali praedictorum Capituli & Canoniorum iurisdictione existentibus, eorumdem Capituli & Canoniorum Vicariis in eodem Territorio in Spiritualibus Generalibus pro tempore existentibus, & non aliis, dirigant & dirigi faciant, ac curent. Urque ipsi Vicarii pro tempore existentes litteras & commissiones praedictas exequi, nec non in causis & negotijs, quae in iisdem litteris continentur, procedere in omnibus & per omnia licite valeant & debeant, quemadmodum alij quicumque Locorum Ordinarii in suis respective civitatibus & diocesis, procedunt, & procedere possunt ac debent, eidem auctoritate & tenore, statuis, ac respective concedimus & indulgemus.

§. 60. Praeterea omnes & singulas a Pio Papa IV. Praedecessore praedicto in eidem litteris concessas, & superius enunciatas exemptiones a solutione & contributione annatarum, & communium, ac quindeniorum aliorumque jurium Collegij S. R. E. Cardinalium, & Officialium de annis participantium, & Camerae Apostolicae, ratione eorumdem suppressorum Monasteriorum, & Ecclesiarum ab ipsis dependentium, illorumque fructuum, quomodocumque debitorum, nec non a contributione subsidiarum, & quarumcumque impositionum, ac supportatione Seminariorum, Decimarum, aliorumque praedictorum onerum ordinariorum, & extraordinariorum, & ex quavis causa quantumvis urgentissima & necessaria impositorum, & in futurum quomodolibet imponendorum, in eadem amplissima forma specialiter & expresse, ac plenarie & integre innovamus: Distinctis inhiabentes praedictis Collegijs, nec non Spoliurum, iuriumque Camerae Apostolicae debitorum Collegioribus, Subcollegioribus, & aliis quibuscumque Camerae praedictae & Cancellariae Officialibus & Ministeris praesentibus & futuris, ne Capitulum & Canonicos praedictos superiis ullo unquam tempore molestare vel inquietare, seu adversus exemptiones hujusmodi aliquid attentare quoquo modo audeant vel praesumant.

§. 61. Quia vero, sicut etiam accepimus, non semel contigit, quod nonnulli Vicarii a Capitulo & Canonicis praedictis, ad exercitium curae animarum, in Parochialibus Ecclesiis sub incorporatione & applicatione praefata comprehensis amovibilibus deputati, & sibi de hujusmodi Ecclesiis, seu Vicariis, tanquam perpetuis & collativis, ac etiam Sedi Apostolicae reservatis, per viam simplicis vel novae provisionis, Apostolica auctoritate provideri curarunt; hinc factum est, ut progressu temporis eadem Ecclesiae, seu Vicariae, tanquam perpetuae & collativae, atque etiam Apostolicis reservationibus pro tempore obnoxiae censerentur: contra praedictorum Pii IV. Praedecessoris litteras expressè, quod in quibus, ut praemisum est, contractarum cura imminet, ea per Vicarium, seu per Vicarios idoneos, ad eorumdem Canoniorum & Capituli nutum ponendos & amovendos, exerceretur. Et quidem eis-

Causa in Auditorio Rotae agitata, contra- dictorie Dataris Apost. & favore Capituli & Canoniorum.



ANNO 1752. paucis ante annis, vacante Parochiali Ecclesia S. Nicolai de Meldula, is, qui a Capitulo & Canonicis praedictis in ea Ecclesia Vicarius amovibilis fuerat deputatus, diuturnam litem & controversiam sustinere coactus fuit adversus alterum, qui de eadem Parochiali Ecclesia, tanquam de perpetua Vicaria vere collata, & dispositioni Apostolica reservata, sibi Apostolica auctoritate provideri obtinuerat. Verum quum Nobis compertum sit, hujusmodi causam, & controversiam in Causarum Palatii Apostolici Auditorio, coram bon. mem. Carolo Calcagnini tunc ipsius Auditorii Decano, postmodum vero Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, introductam, praemisso examine ac discussione juris eidem Capitulo competentis quoad hujusmodi Vicariorum ad nutum amovibilium deputaciones, non solum in praedicta Ecclesia S. Nicolai de Meldula, sed etiam in caeteris omnibus Ecclesiis in praedictis Pii IV. Praedecessoris litteris expressis, five contentis, atque ipsa quoque Dataria Apostolica pro suo jure & interesse ad causam admittenda & audita, tandem per binas Decisiones, sub die xi. Februarii, & xiv. Junii anni MDCCXXXVII. respecti emanatas, favore Vicarii praedicti a Capitulo deputati definitum fuisse, sententiae Rotalis expeditione desuper subsequuta. Nos ideo, ne ulteriora praedicta iudicia praedicti Capitulo & Canonicis in posterum similibus ex causis, cum eorum juris imminutione, & controversiarum dispendiis, irrogari contingat, praedictam facultatem deputandi Vicarios ad eorum nutum amovibiles in singulis Ecclesiis & Beneficiis, quibus cura imminet animarum, eidem Capitulo & Canonicis per Pium IV. Praedecessorem in suis praecitatis litteris concessam, & attributam, usque adeo firmam, validam, & efficacem fuisse & esse atque perpetuo fore, statuimus & declaramus, ut per quascumque impetraciones de Ecclesiis & Beneficiis ejusmodi, tanquam perpetuis, ab Apostolica Sede obtentis, quas omnes & singulas, utpote irritas, ac subreptionis & obreptionis vitio laborantes, ad omnes & quoscumque effectus viribus omnino vacuumus; ac etiam per quascumque collaciones, aut provisiones alias forte, vel ab ipso Capitulo Vaticano, vel ab aliis quibuscumque Collatoribus, five per concursam, five sub alia quavis forma, titulo, & expressione de iisdem factas; quas pariter aut nullas & irritas fuisse, aut in simplicibus deputaciones resolvit respectively decernimus, & declaramus; nullus collativae qualitatis status in eisdem induci poterit, aut induci esse censeri possit; omnesque & singulas collaciones, provisiones & quavis alias dispositiones etiam in posterum de ipsis Ecclesiis & Beneficiis, tanquam perpetuis, & collativis per quoscumque, etiam per dictam Sedem Apostolicam, cum quibusvis clausulis & decretis, faciendas vel obtinendas, si id quandoque fieri contigerit, tanquam praeter, & contra mentem & intentionem Romani Pontificis factas vel obtentas, nullas & invalidas, nullisque roboris vel momenti fore, & nullum cuiuslibet ius, aut etiam possidendi titulum per eas acquiri, nullamque demum praesumptionem, aut statum, Capituli praedicti aut Canonicorum iuribus contrarium, induci, aut firmari posse, volumus atque decernimus: Non obstantibus nostrarum Cancellariae, & Datariae Apostolicarum regulis, aliisque etiam in corpore juris clausis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Eius iura Auditorii. Apostolica auctoritate confirmantur.

Capit. Decret. de Benefic. M. Ruffilli Oppidi Foripompilii consentientia, tam quibus cura imminet animarum, quam sine hujusmodi cura, quae quidem, juxta eisdem litteras dicti Pii IV. Praedecessoris, personis idoneis saecularibus, ad instar Beneficiorum Ecclesiasticorum, Beneficiatum, & Clericatum nuncupatorum in dicta Basilica existentium, ab eodem Capitulo conferri debent, de caetero turnantim per Hebdomadarios Clericos de eadem Diocesi, si reperierint idonei, exclusis exteris, conferentur; quod quidem Decretum Ven. mem. Innocentius Papa XI. noster quoque Praedecessor per suas litteras in forma Brevis sub die xxv. Februarii an. MDCLXXXVIII. expeditis approbavit & confirmavit; Nos pari auctoritate per praesentes itidem approbamus & confirmamus.

§. 63. Denique perpendentes, quod in exercitio jurisdictionis spiritualis & temporalis, quae tam in civilibus, quam in criminalibus, ratione nonnullorum ex praedictis Monasteriis, sedesque Basilicae e jusque Menae Capitulari, & Canonicis unites atque subiectis, ipsius Capitulo, & Canonicis competere dignoscitur; vel etiam occasione administrationis Castris S. Petri in Formis, vulgo Campomonte nuncupati, in eisdem Basilicae & Capituli dominio & proprietate existentis, frequenter evenire poterit, ut negotia & causae criminales, etiam sanguineis, ab eodem Capitulo & Canonicis praedictis tractari, atque iustiones & mandata pro reorum detentione, aut legitimarum poenarum executione, expediendi necessario debeant; ideoque ipsorum Canonicorum, aliorumque ad negotia & causas hujusmodi cognoscendas per Capitulo ipsum pro tempore deputatorum conscientiae securitati consulere volentes, quemadmodum alias a sel. rec. Urbano Papa VIII. Praedecessore nostro per litteras Apostolicas sub Anno Piscatoris die xviii. Aprilis anni MDCCXVIII. datas, concessum fuit, Nos etiam dilectis filiis ejusdem Vaticanae Basilicae Capitulo & Canonicis capitulariter congregatis, nec non Canonicis extra Capitulum Camerariis, & Secretario, ac uni & alteri Canonicis, ad praedictorum Monasteriorum atque Locorum regimen, & ad praedicti Castris administrationem specialiter deputatis, nunc & pro tempore existentibus, Apostolica auctoritate, tenore praesentium, concedimus & indulgemus, ut, eorum munere hujusmodi durante, & occasione jurisdictionis eidem Capitulo in praedicta Monasteria, eorumque loca, & homines vassallos, & subditos competentis, five administrationis praedicti Castris, in negotiis & causis criminalibus quibuscumque, quoties opus fuerit, se immiscere, ac in eis consilium, mandata, & iustiones, tam verbo, quam in scriptis dare, & debita executioni demandare, seu demandari facere, etiam si forte sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu etiam mors inde sequatur; dummodo tamen a sententia in causa sanguinis per ipsos ferenda omnino absteineant, libere & licite, ac absque ullo conscientiae scrupulo, aut irregularitatis, seu cuiusvis alterius poenae vel censurae Ecclesiasticae incursum, possint & valeant.

§. 64. Hoc etiam stantes, ut Judex a Capitulo deputatus in Causis tam criminalibus, quam civilibus, locorum & hominum praedictorum Monasterio Abbatis nuncupati Sancti Martini in Montibus Viterbiensibus, ceteris subiectorum, quumvis in Oppido Vetrallae ejusdem diocesis extra Districtum propriae jurisdictionis resideat, quocumque opportuna decreta interponere, sententias in dictis causis proferre valeat, juxta antiquam consuetudinem, quae pro aliis etiam Judicibus locorum hujusmodi, in quibus ob aerem insalubrem, aliasve causas, ordinariam residentiam habere non licet, & praesertim pro altero Judice ab eodem Capitulo in causis praedicti Castris S. Petri in Formis nuncupati similiter deputato, & in Veliterna Civitate residente obtinere dignoscitur; utque decreta, & sententiae, quas ipse in causis hujusmodi aliquin rite condiderit, seu pronunciarit, non ideo nullitatis vitio subiacere censentur, propterea quod extra districtum jurisdictionis sibi demandatae prolatae fuerint.

§. 65. Ac decernentes has nostras litteras, etiam ex eo quod quicumque in praemissis, vel illorum aliquo quomodolibet interesse habentes, vel habere putantes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, occasionibus, vel praetextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, retrahendi, limitari, vel eis in Sede Apostolica praedicta deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut aliis vices suas committere audeant, vel praesument; & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad Judicium non trahatur; nec non Innoc. IV. Sixti etiam IV. Innoc. VIII. & praedicti Pauli II. contra exemptos editis, ac Pii IV. de gratis interesse Camerae Apostolicae quomodolibet concernentibus in eadem Camerae registrandis, & insinuandis, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prae-

PONT. A. XII. statum restitutas, ac de novo concessas, semperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suolque Plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum; perpetuo, & inviolabiliter observari, ac praedictae Basilicae Vaticanae, illiusque nunc existentibus & futuris Archiepiscopis, Capitulo, & Canonicis, ac Clero, aliisque personis, Ecclesiis, & locis, quorum favorem eadem praesentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere; eisdemque super praemissis omnibus, & singulis, vel illarum occasione, etiam per alias Almar Urbis Basilicas, & Ecclesias, illarumque Capitula, vel Collegia, aut quoscumque alios, quavis auctoritate, quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus litteris narratorum, etiam quoad Litterarum Apostolicarum super peritis enunciarum, aliorumque Monumentorum Datas etiam veniosas, nullatenus unquam teneri, nec ad id in Judicio, vel extra, cogi seu compelli posse; sicque in praemissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores; ac S. R. E. Card. etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & quaeque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Enunciatur personae, quibus concessum fuit, ut in criminalibus ab Urbano VIII. Canonice potestatem concessam intendant.

Judicibus Capit. deputatis pro Abbatibus Martini in Montibus Viterbiensibus, ceteris subiectorum, quumvis in Oppido Vetrallae ejusdem diocesis extra Districtum propriae jurisdictionis resideat, quocumque opportuna decreta interponere, sententias in dictis causis proferre valeat, juxta antiquam consuetudinem, quae pro aliis etiam Judicibus locorum hujusmodi, in quibus ob aerem insalubrem, aliasve causas, ordinariam residentiam habere non licet, & praesertim pro altero Judice ab eodem Capitulo in causis praedicti Castris S. Petri in Formis nuncupati similiter deputato, & in Veliterna Civitate residente obtinere dignoscitur; utque decreta, & sententiae, quas ipse in causis hujusmodi aliquin rite condiderit, seu pronunciarit, non ideo nullitatis vitio subiacere censentur, propterea quod extra districtum jurisdictionis sibi demandatae prolatae fuerint.

perpetuas collator. vi sor. ejusque obreptionis vitio censentur.

PONT. A. XII. statum restitutas, ac de novo concessas, semperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suolque Plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum; perpetuo, & inviolabiliter observari, ac praedictae Basilicae Vaticanae, illiusque nunc existentibus & futuris Archiepiscopis, Capitulo, & Canonicis, ac Clero, aliisque personis, Ecclesiis, & locis, quorum favorem eadem praesentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere; eisdemque super praemissis omnibus, & singulis, vel illarum occasione, etiam per alias Almar Urbis Basilicas, & Ecclesias, illarumque Capitula, vel Collegia, aut quoscumque alios, quavis auctoritate, quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus litteris narratorum, etiam quoad Litterarum Apostolicarum super peritis enunciarum, aliorumque Monumentorum Datas etiam veniosas, nullatenus unquam teneri, nec ad id in Judicio, vel extra, cogi seu compelli posse; sicque in praemissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores; ac S. R. E. Card. etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & quaeque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 66. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Officiis, ac Portuensi Episcopo, ac Dilecto Filio Causarum Curiae Camerae Apostolicae Auditori Generali, eorumque in Episcopatibus, & Officio hujusmodi Successoribus pro tempore futuris, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ipsas praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties, ac quomodo, pro parte Archiepiscopi, ac Capituli, & Canonicorum dictae Basilicae Principis Apostolorum, aliorumque quorum favorem eadem praesentes concernunt, aut aliquis eorum, fuerint requisiti, solemniter publicantes, etique in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem praesentes, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, praedictam Basilicam Principis Apostolorum, ipsiusque Archiepiscopyterum, Capitulum, & Canonicos, & Clerum, aliasque Ecclesias, & loca praedicta, caeteroque omnes, quos eadem praesentes quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, illis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentibus eos, vel quempiam ex ipsis desuper per quoscumque quomodolibet indebitum molestari, perturbari, vel inquietari; contraditores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel praeminentiae fuerint, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, ac facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 67. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis, etiam de jure quae sit non tollendo, ac de Indulgentiis non concedendis ad instar, ac Symmachii, & Pauli II. de rebus Ecclesiae non alienandis, nec non Bonif. VIII. quae cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diocesim ad Judicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostolica praedicta deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut aliis vices suas committere audeant, vel praesument; & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad Judicium non trahatur; nec non Innoc. IV. Sixti etiam IV. Innoc. VIII. & praedicti Pauli II. contra exemptos editis, ac Pii IV. de gratis interesse Camerae Apostolicae quomodolibet concernentibus in eadem Camerae registrandis, & insinuandis, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prae-

decessorum nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Camerae praedictae, & aliarum Urbis Basilicarum, ac quarumvis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Monasteriorum, & Locorum, ac Almar Urbis praedictae, & quorumvis illius Tribunalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respectively statutis, & consuetudinibus, reformationibus, usibus, sillis, & naturis, privilegiis quoque, indultis Apostolicis eidem Camerae, & ab ea causam habentibus, didisque Ecclesiis, earumque Praefulibus, Archiepiscopis, Capitulis, Superioribus, & personis, nec non praedictis Collegiis, ac etiam Urbi praefatae, Populoque Romano, nec non Vicario, Gubernatori, Senatori, Conservatoribus, Camerae ejusdem Urbis nostrae, eorumque Locatenentibus, & quibusvis illis personis, Civitatibus, & Locis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, & dictam Sedem, vel alios quoscumque, & quacumque dignitate & auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine similibus, etiam iteratis, & multiplicatis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem imperantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad effectum validitatis, & perpetuae firmitatis praemissorum omnium, & singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse derogamus, aliisque omnibus, & singulis, quae Nos, & superius enunciati Praedecessores nostri in singulis nostris, & ipsorum Praedecessorum praecitatis litteris, indulta, privilegia, praerogativas, exemptiones, & gratias eidem Basilicae Principis Apostolorum, illiusque Archiepiscopyterum, Capituli, Canonicis, Clero, personis, & locis attributa concernentibus, volumus, ac respective voverunt non ob stare, caeterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communitur vel divisim ab eadem sit Sede indultum, & interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 68. Ad hoc autem, ut eadem praesentes litterae amplius innotescant, & de eis in singulis locis, in quibus forsitan opus erit, fides commodè fieri possit; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis etiam impressis, manu Secretarii Capituli ipsius Basilicae Principis Apostolorum, seu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo ejusdem Capituli, seu personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem profus ubique fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

§. 69. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationum, approbationum exemptionum, concessionum, indulgentiarum, statutorum, decretorum, mandati, praeccepti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae MDCLX. Sexto Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco + Plumbi.

J. B. Eugenius

Registrata in Secretaria Brevium.

ANNO 1752.

Constitutio exempli MSS. aut in pressis edita.

Sectio.

Dar. Pont. A. XII. die 27. Martii 1752.



ANNO 1752.

CONGREGATIONIS

Piorum Operariorum commodis & incrementis per opportuna Decreta & Indulta prospicitur.

LX. Dilecti Filii Presbyteri Secularibus Congregationis Piorum Operariorum Vocabilibus ad Capitulum Generale vocatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUAM propensa studioaque voluntate nostra Congregationem vestram per predicationem Verbi Dei & sacras Missiones ad majorem divini nominis gloriam adaugendam, & eternam Christi fidelium salutem procurandam assiduis laudabilibusque laboribus intentam prosequamur, etiam vobis dilecti Filii, ex imperitis a Nobis eidem Congregationi vestrae Apostolicae benignitatis documentis jam satis compertum esse non ambigimus; tamen, ut clarius vobis constet, nova Pontificae charitatis testimonia adideris fatigamus & optamus. Quoniam autem, sicut perfectum habemus, Institutum ejusdem Congregationis vestrae, tam decem, & saluberrimis Regulis & Constitutionibus ab Apostolica hac Sancta Sede confirmatis, necnon Capitularibus decretis munitum esse, ut illud integerrime servantes, alacriter valeatis viam mandatorum Dei currere, & digne ambulare vocatione, qua vocati estis; ita Nobis persuasum est, non aliunde evenire, quod quamplurimi ejusdem Congregationis vestrae Alumni, quippe qui nullis Professionibus vel solemnium votorum legibus obstringuntur, sed omnimoda ipsam Congregationem relinquenti libertate gaudent, postquam in eadem formati fuerint, facile illam derelictam, quam propter nonnulla vitae severioris incommoda, & propter nonnullas rei familiaris aliquibus necessitate angustias. Ea propter Nos, qui Congregationem vestram magis magisque incrementum in Domino cupimus, opportuna Apostolicae providentiae, auctoritatisque remedia adhibere censemus, ut sublatis impedimentis, det Dominus unicuique perseverantem in Congregatione vestra famulatum, quo in diebus nostris, ac semper, & merito & numero eidem Domino serviens Congregatio vestra augeatur.

§. 1. Itaque vos, dilecti Filii, rogamus & in Domino hortamur, ut, quoniam ad Generale ejusdem Congregationis vestrae Capitulum propediem celebrandum convenistis, primum quidem communibus animis, unum Deum praeculis habentes, eum Congregationi vestrae Praepositum Generalem praeficere contendatis, qui inter ceteros, ad quos spectat, prudentia, doctrina, & pietate praecellens, debitam observantiam exempli accendat, charitate foveat, auctoritate tueatur. Deinde vero non minori cura incumbere debetis ad aliorum Redorum & Officialium electionem, quos ceteris praefesse obstrictos oportet, non ut dominantes in subditis Fratibus, sed tanquam formam gregis factos ex animo, se gerere; atque illis praeclearo religiosarum virtutum exemplo praecedere, & praesto semper esse, cujusque praesertim Domus Redorem, maxime praeculis eum, qui Domui Sanctae Mariae ad Montes hujus Almae Urbis nostrae constitutus, Collegii etiam nostri Neophytorum onus sustinet.

§. 2. Praeterea cum neque per Constitutiones, neque per Decreta Capitularia praescriptum reperitur quod Generale Capitulum vestrum singulis trienniis in Civitate Neapoli dumtaxat celebrari; atque inibi Generalis Praepositus vestri commemorari debeat, & aliunde constat, plurimum incrementum Congregationi vestrae futurum, si Capitulum Generale hujusmodi in uno quidem Neapoli, in alio vero triennio Romae alternatim celebraretur, & vicissim Praepositus Generalis cum suis Assistentibus, juxta Constitutiones vestras, domicilium haberet (quamplurimi fortasse Status nostri etiam Ecclesiastici, aliarumque Nationum Romae habitantes Viri Congregationi vestrae adscriberentur; nec tam pauci hic invenirentur, ubi messis certe multa est); Ea propter a vobis, dilecti Filii, expolcimus, ut hac in re utili-

Fonitici animus erga Cong. benivolus decernitur.

Cause, quibus additas Pont. Indulget, ut supra.

De electione Praepositum, res. aliorum, que Officia, huius & Redorum.

De loco convocationis Capituli Generalis, & residentie Praepositum Majorum.

tatem Congregationi vestrae inde provenientem considerantes, nostris etiam votis obsecundare fatigatis.

§. 3. Insuper Nos certiores facti, vobis, quorum praecipuum munus est, Missiones in Civitatibus, Oppidis, aliisque locis dumtaxat peragere, nunquam vero Quadragesimalem Predicationem, nisi in tantummodo Ecclesia ejusdem Domus S. Mariae ad Montes Congregationi vestrae concessa obire, posse gravissimum evenire, ut quisque sibi Quadragesimales ejusmodi Conciones concinet, alias nullibi profusus, recitandas, vos ab hujusmodi onere Apostolica auctoritate tenore praesentium liberamus & absolvimus, atque emolumentum triginta scutorum monetae Romanae eidem Domui pro dicta annua Quadragesimali Predicatione constitutum vobis relinqui, & solvi mandamus; dummodo, praeter Conciones, Instructionesque singulis feriis quintis ac Sabbatis per annum post prandium, dum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publice Fidelium venerationi expositum est, haberi solitas, vobisque injunctas, singulis etiam Dominicis, diebus Quadragesimae & diebus festis de praeccepto Ecclesiae in ea occurrentibus, necnon in Dominicis diebus sacri Adventus, omnino ex Pulpito, sive mane, sive post vespere, vel rudimenta Catholicae Fidei, vulgo Doctrinam Christianam, & Catechismum Romanum, tradatis, vel Evangelium Dominicae explicetis, vel Concionem aliquam habeatis; atque insimul per octo continuos dies Exercitii Spirituaria in eadem Ecclesia, tempore opportuno, prout vobis visum fuerit, omnino peragatis; & publicam expositionem Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, cum piis praecibus & sermonibus, per novem continuos dies ante Nativitatem D. N. J. C. a vobis pro vestra pietate & placito fieri solitam, omnino etiam deinceps non omittatis.

§. 4. Porro est vestri Instituti rationi maxime confert, ut in Congregationem vestram adlegantur non nisi Adolescentes generis, animique dotibus, conspicui, & ad Patrimonii ritulam sacris Ordinibus initiati, vel initiandi, bonisque abundantes, quibus, praeter victum a Congregatione contrahendum, ad quaecumque alia vitae necessaria commoda uti quisque debet; tamen interdum accidit, quod nonnulli ex bonis suis nullum capientibus emolumentum, per Superiores indulgeatur, ut stipendium aliquot Missarum, quae ceteroqui pro Congregatione celebrandae sunt, alicui impendantur; Nos scientes aliquem reperiri posse, qui indigentiam suam Superioribus aperire erubescat; volumus & mandamus, ut deinceps omnibus & singulis dictae Congregationis Sacerdotibus emolumentum quindecim Missarum ab ipsis in singulos menses celebrandarum tribuatur & elargiatur; dummodo uniusquisque reliquis Missis in commodum utilitatemque Congregationis suae celebret & applicet.

§. 5. Quod vero per Constitutiones statuitur, ut matutina surrectio pro aetivis praesertim mensis fiat post unam mediam noctis abactam horam, sive aliter, prout Congregationi Vocabilium melius expedire visum fuerit; Nos aequum ducimus, ut tam per aestivos quam hyemales menses, sive vernos, sive autumnales, tres omnino, sive plures horae post mediam noctem praecedant matutinam surrectionem. Ut autem haec nostra providentia non noceat recitationi Officii Matutini cum Laudibus, recitationem hujusmodi quaecumque tempore si e posse five ante, sive post Solis occasum permittimus & statuimus.

§. 6. Inter cetera etiam austerioris vitae incommoda illud quoque a quamplurimis existimatur non leve, quod in Constitutionibus, quoad lectum, hinc verbis praescribitur; Non usurano lenzuola di lino, ne dormivano su mazzavaci, ma su la paglia, se pero l' infermita o bisogno particolare di alcuno, a giudizio del Medico, e del Rettore della Casa, non ricercasse altrimenti; ita etiam, illud, quod hinc quoque verbis praescribitur: Non porteranno Camicie di lino, ma solamente di lana; Nos sane paterna charitate considerantes, non eandem esse omnium conditionem valetudinemque, quoad hanc partem ipsis Constitutionibus pari auctoritate & tenore derogamus, ac liberum licitumque esse unicuique declaramus ac permittimus, ut deinceps quisque ad solum libitum culcitris, linteaminibus, atque etiam interulis, vulgo Camicie, ex lino, sine ullo conscientiae angustia-

PONT. A. XII. Praedicatoris Quadagesimalis conciones remittitur. sub certis conditionibus.

Stipendium pro XV. Missis in Mensi singulis diebus jubetur.

De surrectione matutina & Officii Matutini recitatione.

De lecto, & vestitu interiore, ac videri.

PONT. A. XII.

angore uti valeat. In ipsis quoque Constitutionibus cum statutum sit hinc pariter verbis: Il vestire sopra, quanto di sotto; e nel vestire saranno uniformi, per quanto sara possibile; Nos itidem statutum hujusmodi laudamus & confirmamus; sed quoniam apud vos usus & consuetudo inolevit, quod Caligae, & Tibialia, vulgo Calzette, Femoralia, o Calzoni, Thoraces, o Camiciole, alibi dumtaxat coloris esse debeant, quo albo colore honesti Sacerdotes & Clerici Saeculares in praesentia non utuntur; volumus & mandamus, ut deinceps Caligae, Tibialia Femoralia, & Thoraces hujusmodi fiant sive ex lana, sive gossipio, sive lino dumtaxat, sed coloris nigri, sive subnigri, & subbofuri; & quoad fieri possit, uniformis. Laudamus pariter cibi, potusque parsimoniam, quae a vobis servatur; sed optulus, ut provida a Rectoribus Superioribusque habeatur ratio tum laborum, tum conditionis, tum valetudinis, tam quoad ciborum quantitatem, quam quoad eorumdem qualitatem & condimentum.

§. 7. Ceterum, dilecti Filii, haec quidem Nos habuimus, quae pro majori vestrae Congregationis commo- & incremento statuenta, permittenda, & suggerenda duximus; derogantes Constitutionibus, Regulis, & Capitularibus decretis ejusdem Congregationis, in his dumtaxat, quae omnibus praemis adferuntur; Vos vero accurate animadvertere debetis, si qua alia corrigi, emendari, mutari, & addi ac statui digna supersint, ut, ubi suprae Apostolicae nostrae auctoritatis partes vobis opus esse noveritis, Nos opportune conferamus. Nobis enim nihil magis cordi est, quam ut Congregatio vestra non solum nova suscipiat incrementa religiosarum virtutum; sed pluribus etiam abundet Ecclesiasticis Viris, qui in vinea Dei Sabbatho adlaborent; atque in obsequium Apostolicum hujus Sanctae Sedis, hic Romae praesertim, quemadmodum pauci tamen sese famulae cor cordis nostri laetitia praecleara gerere pergunt, labores suos impendere & adhibere adnitantur. Interim, ad prosperi successus auspiciis, ab Omnipotenti Deo honorum omnium largitore vobis, dilecti Filii, uberem caelestium charitatum copiam supplices poscimus, & Apostolicam Benedictionem studiose nostrae ad vobis opportune gratificandum voluntatis pignus peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pontificis, die XII. Aprilis MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Cajetanus Amatus.

LXI.

ERECTIO OPPIDI PERGULAE

In Civitatem cum concessione plurium facultatum Vicario Episcopi Eugubini ibidem deputando.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUM decet Pontificem ita Subditorum Populorum utilitatibus, & ornamentis consulere, ut Apostolicae Sedis benignitas erga ipsos magis in dies elucescat; ipsique promeritos fidelitatis, & obsequii sui fructus ex provida Supremi Principis liberalitate percipiant.

§. 1. Sane exposita Nobis pro parte Dilectorum Filiorum Communitatis, & Hominum Nostrae Terrae Pergulae Eugubinae Diocesis peritito continet, quod dicta Terra quingue Millibus & ultra Incolarum referta, usque ab initio decimi tertii Saeculi Cives habuit Nobilitatis gradu decoratos, & subsequenter temporibus plurimi in ea Litterarum & Armourum laude illustres Viri, & Ecclesiarum Praesules, ac Romanae Curiae Praelati, nec non Militaris Ordinis Sanctorum Mauriti & Lazari Equites ortum duxerunt; ita ut hac nostra aetate plures ibi adfint Familiae Nobiles, etiam cum aliis Nobilibus Civitatum Nostrae Ditionis Familiis jam pridem affinitatibus & cognationibus junctae: nec

Pergulae Oppidi decora & ornamenta.

ei deest Annona ubertas, ac rerum omnium ad commoda vitam opportunam copia; pluresque artes, & artificia, ac potissimum textinae, in ea florent: Insuper eidem Terrae & in ea iudicanti unum Castellum & quingue loca subiecta sunt: Ipsius vero Terrae Magistratus, ex triplici Personarum gradu, Nobilibus nempe, Civibus, & Plebeis constans, nonnullis prerogativis, & juribus gaudet, signanter in causis de damno dato iudicandi, ac visitandi cibaria: Praeterea in ea copiosus est tam Saecularis, quam Regularis Clerus, ac una, quae insignis etiam est, Collegiata, aliis quingue Parochialibus supereminet Ecclesiis, sex item Virorum Regularium Caenobia, tria Monialium Monasteria, unum Orphanorum Conservatorium, duodecim Laicorum Contraternitates, tria pro infirmis pauperibus excipiendis Hospitalia numerantur: Mons quoque Pietatis, & alter Frumentarius, ac Bibliotheca ad commune commodum instituta; patent: Quodque magis in pretio habendum merito putant, in Ecclesia Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini ejusdem Terrae trium Sanctorum Martyrum ipsius Terrae Protectorem exuviae, nimirum Secundi, Agapiti, & Justinae, debita honorificentia coluntur.

§. 2. Contra vero, sicut eadem expositio subiungebat, praedicta Terra non leve ex eo patitur incommodum, quod cum in spiritalibus Ecclesiae Eugubinae, illiusque Episcopo pro tempore existentibus subbit; Eugubina autem Civitas per triginta circiter miliaria ab ipsa Terra distet, ac iter sit asperum & invidium; idcirco ipsis Terrae Incolae pro qualibet etiam levi causa ad Civitatem praesentiam se conferre adstricti: Nobis modicum serunt praesudicium & dispendium, ac in iis, quae promptum exigunt remedium, iustitiae & providentiae differtur administratio.

§. 3. Quare pro parte eorumdem Communitatis & Hominum Nobis fuit humiliter supplicatum, quantum, ut ipsis & eorum Patriae praemis dotatae titulis novum decorem adderet incrementum, & simul relatis incommodis stabile remedium praestaretur, eandem Terram in Civitatem erigeremus, & aliquam illius in spiritalibus regiminis formam praescriberemus erigentes illius Collegiatam in Concathedralem, seu ad minus ibidem constituentes specialem Vicarium Generalem. Porro hujusmodi Communitatis & Hominum praedictorum instantia alias per Nos ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositam, remissa, quum nunquam in ea proposita existerit; nuper vero eadem Communitas, & Homines praedicti, Nobis iterum supplicari fecerunt, ne eorum preces per viam iudicii proponi sineremus, sed quaecumque Nobis opportuna visa fuissent, ad ipsius Terrae decorem augmentum, & Spiritualis regiminis commoditatem, per Nos ipsos statueret, respective concedere dignaremur.

§. 4. Nos igitur, qui omnibus, & potissimum Dilectis nostris Ecclesiaeque Romanae etiam in temporalibus subditis, rationabilis petentibus, benignum auditum praestare non detrectamus, didicimus Terram ab aliis etiam Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris Apostolicae liberalitatis favoribus cumulata fuisse accepimus, ac potissimum a felicis record. Urbano Papa VIII. qui ejusdem Terrae Homines singulari Privilegio, ut Nobis etiam relatum fuit, per suas in forma Brevis die XV. Junii Anno Domini MDCXXXIII. expeditas Litteras concessit; ut scilicet quoscumque agrorum suorum fructus, atque proventus, cujuscumque generis, e Territorio ipsius Terrae extraheret, & ad quencumque locum Ecclesiasticae Ditioni mediate, vel inmediate subiectum, usque ad distantiam unius diei, sine ulla cujusvis Datii, tam Camerae Apostolicae, quam esset aliarum ejusdem Ditionis Civitatum, Terrarum, aut Locorum Communitatibus debiti, solutione, desere libere possint; Eisdem Communitatem, & Homines, ac eorum singulares Personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiarum censuris, & penis, a jure, vel ab homine quovis ad se vis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum con-

ANNO 1752.

Incommoda ex Episcopalis Curiae Eugubinae distat.

Preces per splendens incrementum & pro reformacione regiminis in Spiritu.

Remittitur ad Congreg. Episc. & Regul.

Pont. Praedecessorum benignitate n erga Terram Pergulae immunitati constituit.

Infirmos absolvit ad cautelam, Infirmorum vero ad vocat.